



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Capvt IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

CAPVT IIII.

DE QVINTO DEVOTIO-
nis actu Virginis virtutibus
imitandis.

S V M M A R I V M.

Deipara imitanda primò in exacta diuina
legis obseruatione, nu 4.

Secundò, Deipara imitanda in humilitate
profundissima, nu 6.

Tertiò, Deipara imitanda in virginitate
purissima, num. 7.

Quartò, Deipara imitanda in eximio erga
Christum amore, nu. 8.

Quintò, Deipara imitanda, quod in ea reli-
giosa vita exempla reluceant, nu 10.

I. **Q**VINTVM, quod ad deuotionem
Solida Vir-
ginis deno-
tio imitari
eius vir-
tutes.
Augustin.

erga Virginem superiori capite cõ-
ferre potissimum diximus, est
vitæ, ac præclarissimarum eius virtutum
imitatio: nam, vt rectè ait Augustinus:
Summa religio est imitari quod colimus. Id-
eo ecclesia in Collecta S. Stephani sic Deũ
precatur: Da nobis Domine imitari quod
colimus. & alia collecta petit, vt illius San-
cti,

Et, cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Hæc enim est solida Virginis deuotio, quæ non tantum verbis, sed operibus etiam continetur; ne de nobis ipsa Virgo sanctissima dicere meritò possit, quod de Iudæis apud Isaiam cap. 29. *Isai. 29.* legimus: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.*

Virginii enim accommodatur illud Pro- *Preuerb. 8.* uerbiarum 8. *Nunc ergo filij audite me, beati qui custodiunt vias meas;* qui scilicet, eadem per imitationem gradiuntur, Iisdem vestigijs insistant, ad Virginis vitæ exemplar mores suos componunt: Nam benè Cyprianus, de bono patientiæ ita monet, seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. *Cyprian.*

Quare *Isai. 51.* Attendite ad Abraham *Isai. 51.* patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quod sic accommodari potest, ut iubeamur attendere ad Christum Patrem, & ad Virginem, quæ mater est omnium, ut eos imitemur. Ideo Ambrosius libro 2. de *Ambros.* Virgin. vbi fasè de Virginis virtutibus agit: *Talis fuit, inquit, Maria, ut eius vnus vita omni- in sit disciplina, si igitur auctor non displicet, opus probemus, ut quicumque sibi Virginis exoptat premium, imitetur exemplum.* sic Ambrosius. & Hieronymus *Hierony.*

epistola 22. ad Eustochium: Nos, inquit, meliorum exempla sectemur: propone tibi B. Mariam, qua tanta extitit puritatis, ut mater Domini esse mereretur. & mox: Potes tu mater esse Domini, nimirum spiritualiter. Ita Hieronymus.

Bernard.

Quod fuse prosequitur sanctus Bernardus in ser. super Salve Regina: Agnoscit, inquit, Virgo, & diligit diligentes se, & propè est veritate innocantibus se, praesertim his, quos videt conformes sibi factos. in castitate, & humilitate, & totam spem suam, post filium suum, in ea posuerint, & toto corde quaesierint: data est ei potestas in caelo, & in terra, & in manibus eius vita, & Spiritus nostri: & oculi omnium Christianorum in eam sperant, & ipsa dat eis escam gratia, qua plena est, in tempore opportuna: origo fontium, & fluminum, mare virtutum: sanctorum auctrix Maria. hæc ille. & Ildefonsus sermone 1. de Assumptione Deiparæ: Imitamini, inquit, illam. & infra: Qui autem imitantur illam, erunt ex parte eius. & rursum: Imitamini matrem Virginem, & Sanctos omnes, quos laudatis: quoniam non tantum illis prodest nostra laudatio, quantum nobis eorum imitatio. Vnde sponso magis placet imitator deuotus, quam laudator otiosus: tamen vera laudatio cordis imitatio est operis. Ita Ildefonsus.

Ildefonsus.

Quod

Quòd ipsum pulchrè sanctus Bona-
uentura in Stimulo diuini amoris, cap. 7.
his verbis docet: *Ipsam matrem Dei, &
peccatorum, tanquam bonus, & deuotus fi-
lius in omnibus pro posse studeas imitari, tunc
enim proculdubio te sibi tanquam matri ve-
raciter exhibebis, & ipsa te tanquam suum
filium veraciter adiuuabit, & qua dignè ab
ea petieris tibi dabit: & in omnibus tibi ne-
cessarijs ad salutem simpliciter ministrabit,
& tandem in cœlesti gloria te apud se felici-
ter collocabit.* hæc Bonauentura.

Idem (vt superiori capite dixi) in epi-
stola 25. memorialium , memoriali 13.
cum Virginis deuotionem commendaf-
set, hæc subiicit: *Et vt tua deuotio sit ei
accepta, & reuerentia grata, ipsius purita-
tem, & munditiam omni virtute, mente, &
corpore, illibatè in te ipso seruando, toto co-
natiuitatis humilitate, & mansuetudine
eius vestigia imitari.* & in Speculo cap. 3.
dicit: *Virginem ad Cœlum ascendentem
figuratam in Esther, cui duæ famulæ ob-
sequebantur: super vnâ innitebatur,
altera verò sequebatur defluentia in hu-
mum vestimenta sustentans. has autem
famulas vult esse Angelicam, & huma-
nam naturam, super Angelos enim in-
nititur in Cœlo familiarissimè cum illis
agendo: at verò anima humana est fa-*

Esther. 15.

Sophron.

mula, quæ Dominam suam Mariam sequitur in mundo colligens vestimenta, id est, virtutes, & exempla Mariæ. hæc ex Bonaventura & Sophronius inter opera Hieronymi sermone de Assumpt. Igitur, inquit, *dilectissimi amate Mariam, quam colitis, colite quam amatis, quia tunc vere colitis, & amatis, si imitari velitis ex toto corde quam amatis.*

Sancti imitandi.

Augustin.

2. Quod si Sanctos imitari par est, ut pro nobis orare velint, ut merito Augustinus sermone 30. de Sanctis dixerit: Si ad consortium sanctorum martyrum pervenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus: Debent enim in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscere, ut pro nobis dignentur Domino supplicare; quanto maiori studio imitanda nobis erit Deipara, ut eius orationibus adiuvemur. Propterea

Bernard.

S. Bernardus homil. 2. super Missus est: *Ut impetres, inquit, eius orationis suffragium, non deseras eius conversationis exemplum* nam & Augustinus sermone 47. de Sanctis: *Ab eis, inquit, Sanctorum martyrum festiva gaudia celebratur, qui ipsorum martyrum exempla sequuntur, solemnitas enim martyrum exhortationes martyrorum sunt, ut imitari non pigeat, quos celebrare delectat.* Ita Augustinus, quanto magis, qui Virginis devotionem profitentur,

Augustin.

Virgi-

Virgi-

Virginem sibi imitandam statuunt.

Certè cum Sancti nobis à Deo imitan-
di proponantur, quia Christo similes
fuerunt, vt propterea Apostolus 1. Corin.
II. dixerit: *Imitatores mei estote, sicut et e-*
go Christi. & sanctus Leo sermone in na-
tali sancti Laurentij: *Gloriemur, inquit, in*
Domino, qui est mirabilis in Sanctis suis, in
quibus nobis presidium constituit, et exem-
plum: multo diligentius Deipara imitan-
da erit, quæ in donis supernaturalibus
Christo præ alijs quàm simillima fuit: de
qua canit Ecclesia: *Cuius vita in clypeo cū-*
ctas illustrat Ecclesiæ: vt propterea Canti-
corum 4. meritò de eius etiam imitatio-
ne dici possit: *Mille clypei pendent ex ea, o-*
mnis armatura fortium: omnium enim
virtutum exempla in ea relucēt: id quod
pulchrè ex Ambrosio libro 2. de Virgini-
& ex alijs supra ca. 21. indicauimus. qua-
re celestem, quam in terris duxit vitam,
eiusque virtutes attentè contemplemur,
& imitari studeamus, in odoremque va-
guentorum eius, hoc est, virtutum eius
boni odoris exemplo fragrantium per i-
mitationem curramus: Id enim ex Caa-
tic. 1. Deiparæ accommodat Ecclesia, &
Damascenus orat. 1. de dorm. *Quàm pul-*
chra, inquit, facta es, quàm suauis, Tu flos
cæpi, vt lilium in medio spinarum: propterea
adole-

1. Cor. II.

Leo.

Offic. Eccl.

Cant. 4.

Damasc.

adolescentula dilexerunt te, in odorem unguenti tui curremus. Ita Damascenus.

*Franciscus
Arias.*

*Damasc.
Quæ auer-
satur B.
Virgo in
suis deno-
tis.*

3 Quòd si roges quam in re illam imitabimur? Sanè noster Franciscus Arias non minùs piè, quàm doctè, in libro, quem de Profectu Spirituali inscripsit, tractatum peculiarè de virtutibus, quas in Virgine imitari debemus, luculenter conscripsit; ad quem lectorem remittimus, hic tamen breuiter hac de re indicabo aliquid; si prius Damascenum orat. 2. de dormit. audiamus, vbi ea, quæ Virgo amat, quæque auersatur, recenset; ex quibus, quæ in ea imitanda sunt; saltem generatim perspicere. Damasceni verba hæc sunt: *Curemus ut mentem, memoriamq; nostram Genitricis Dei promptuarium efficiamus quo autem modo id assequemur? & Virgo ipsa est, & Virginum amans. Pura est, & purorum amans, quod et ca si & corporis, & animi castitatem colamus, ipsius gratiam adipiscemur: siquidem lutum omne fugit, ac tœnosas affectiones auersatur Ingleuiem execratur, foetissima fornicationis vitijs infesta est: huius impuras, & scel. stes cogitationes non secùs, ac viperarum foetus fugit: sermones fœdos, ac scurriles propellit: cantusq; ac meretricia unguenta submouet: Ira tumorem odio habet: inhumanitatem, & insidiam, ac simularum*

multates non admittit: Inanem gloriam
 vanis laboribus se frangentem reijcit: super-
 bia fastui animo hostili resistit: Inuariatam
 memoriam tanquam salutis hostem odio in-
 sectatur: vitium denique omne tanquam
 lethale venenum execrationi habet: horum
 autem contrarijs delectatur, contraria enim
 contrariorum medicamenta sunt. Ieiunio,
 & parsimonia, Psalmorumq; cantibus gau-
 det: cum puritate, & virginitate, ac pu-
 dicitia pulchrè illi conuenit: sempiternamq;
 cum illis pacem colit, easq; humanè, & co-
 miter exosculatur: pacem, animiq; lenita-
 tem complectitur, charitatem, & miseri-
 cordiam, atque humilitatem tanquam a-
 lumnas suas, vlnis fouet. Atque, ut rem
 breuiter perstringam, quolibet vitio offen-
 ditur, ac discruciat: qualibet autem vir-
 tute, ut peculiari sua nota, laetatur, & ex-
 ultat. Quamobrem si vitia prompto, atq; a-
 lacri animo vitemus; virtutes autem om-
 ni studio, atque amore complectemur, easq;
 socias adhibeamus, frequens ipsa ad famu-
 los suos veniet, ac secum bonorum omnium
 agnem trahet, Christumq; filium suum, om-
 niumq; Regem, ac Dominum in cordibus no-
 stris habitantem assumet. haecenus Da-
 mascenus.

Verum ad nonnulla singularia descen-
 damus, in quibus Virginem Deiparam
 nobis

Qua in
 suis deuo-
 tis B. Vir-
 go requirit

Imitanda
 B Virgo.

nobis imitandam proponere possumus; ea verò quinque esse possunt, 1. exacta diuina legis obseruatio, 2. eius demissa humilitas, 3. illibata Virginitas, 4. eximius in Christum amor, 5. denique religiosa vitæ exemplum, cuius vestigia nobis exhibuit præclarissima.

DEIPARA IMITANDA PRIMÒ in exacta diuina legis obseruatione.

4 **P**rimùm igitur sit integra, & accurata diuinę legis obseruatio, qua ab omni præsentim peccato mortali, diuina iuuante gratia, quæ nunquam ex Dei parte deest diligentissimè caueamus. Huius diuinę legis seruandę Virgo sanctissima fuit studiosissima: quod facile ostendi potest ex reuelationibus, & ex ijs, quæ in sacra Euangeliorum historia habemus. Sanctus Bonauentura in Meditationibus vitæ Christi, cap. 3. quandam Deiparę reuelationem S. Elisabethę, vt ipse existimat, factam affert, in qua Deipara testata est, se in noctis medio semper ante templi altare, ea qua poterat voluntate, & affectu inter alia petijisse à Deo gratiam; qua Deum toto corde diligeret, & proximum; atque ea omnia, quæ Deus odit,

Bonauent

odio habere: graviam quoque obediendi mandatis, & ordinationibus Pontificis templi. hæc ibi. & in libro 1. Revelationū sanctæ Brigittæ, cap. 10. Ego (inquit Dei-para) à principio cum audirem, & intelligerem Deum esse: semper sollicita, & timorata fui de salute, & observantia mea, & intimè dilexi Deum, & omni hora timui, & cogitavi, ne eum verbo vel factò offenderem. hæc in Revelatione sanctæ Brigittæ.

S. Brigitta

Et sanè quo studio Dei legem servavit, ex eo facile intelligi potest: nam ea etiam legis onera, ad quæ minimè tenebatur, ut nobis humilitatis, & obedientiæ consummatissimæ exemplum præberet, cumulatissimè implevit. quod S. Thomas 2. part. quest. 37. art. 4. animadvertit: nam die à suo sacratissimo partu quadragesimo legi Purificationis, Levit. 12. cui nequaquam erat obnoxia, se spontè subiecit. Quæ in re profundissimam humilitatem, quemadmodum plenius cap. vice simo primo, præ se tulit: cum enim ex Christi conceptu, atque partu virgineo, vel Angelicam puritatem longè excederet; instar tamen reliquarum mulierum puerperarum, quæ ob immunditiam conceptus, & partus præscriptis diebus à templo arcebantur, parturiturum, aut duos

S. Thom.

Levit 12.

B Virgo
nō tenebatur
legi Purificat. die.

duos

Luc. 2.

duos pullos columbarum, & in holocaustum, & pro peccato offerre iubebantur; hæc omnia exactè ipsa seruauit, & facto ipso quasi legali illa Purificatione, & sacrificio quodammodo se egere ostendit, Christum imitata, qui in Circumcisione,

Bernard.

ut eleganter ait Bernardus sermone primo de Circumcisione, sine ullo vulneris vestigio alligaturam non refugit vulneris, Circumcisionem nimirum, peccati remedium verecundum pariter, & austerum. Obedientiam verò legis absolutissimam exhibuit, cum eam etiam legem, à qua erat libera, seruare voluit; ut pia opera, quæ dicuntur supererogationis, nobis commendaret. Neque verò lege Purificationis fuisse comprehensam,

Abulensis.

(si excipias Abulensem in cap. 12. Leuit. quæst. 3.) docent omnes; in primis

Origenes.

Origenes in Leuit. 12. Chrysostomus oratione de occurso Domini. Bernardus

Chrysoft.

serm. 3. de Purificatione. S. Thomas loco

Bernard

citato, Theophylactus, Euthymius, Beda,

S. Thomas

Lyranus, Iansenius in cap. 2. Lucae.

Theophyl

Tum quia lex illa ad eas tantum mulieres

Euthym.

pertinebat, quæ suscepto semine conceperant,

Beda.

quemadmodum habet editio

Lyranus.

vulgata, & Septuaginta Interpretes. At

Iansenius.

Deipara de Spiritu sancto, virginitate il-

Edit vulg.

libata permanente, concepit. Tum et-

70. Interp.

iam

iam

iam, quia sine puerperij sordibus, hoc est,
 absque fluxu sanguinis, & absque secun-
 dinis, ad quas immunditias remouendas
 Purificationis ritus erat institutus, fi-
 lium ediderat. Et quamuis Abulensis in *Abulensis.*
 Leuit. 12. quæst. 12. propter naturam par- *Partus*
 tus in beata Virgine sanguinis, & secun- *Virg fuit*
 dinarum effusionem admittat: partum *sine sordi-*
 tamen illum huiusmodi sordibus ex di- *bis sāgu-*
 uina voluntate caruisse, cum hoc Chri- *nis & secū-*
 sti, eiusque Genitricis dignitati magis *dinarum.*
 congruat; multorum Patrum testimo- *Can. Trul.*
 nijs, & Canon. Trul. 79. egregiè probat
 Suarez tomo 2. in 3. part. disputat. 13. sect.
 2. & disputat. 16. sect. 2. & Barrada libro 8.
 cap. 15. & libro 10. ca. 2. Et sanè hunc vir-
 gineum Deiparæ partum, ab omni non
 solum dolore, in quo aliæ filios pariunt,
 sed etiam immunditia alienum ceci-
 nit Isaias capite 35. cum Deiparam no- *Isaia 35.*
 mine Solitudinis, & deserti, quasi nul-
 lo femine foecundatam vocat, eamque
 non tantum cum Exultatione, id est abs-
 que dolore; verum etiam quasi lilium,
 quod eximio suo candore puritatis est
 Symbolum, germinaturam prædixit: *La-*
tabitur, inquit, Deserta, & Inuia, & exul-
tabit Solitudo, & florebit quasi lilium, ger-
minans germinabit, & exultabit latibun-
da, & laudans. & Bernardus loco citato *Bernard.*
 pulchrè

pulchrè ait ex persona Virginis: Cur non ingrediar Templum? quæ peperit Dominum Templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum, nimirùm cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venit facere delictorum. Quid in me legalis purificet, observatio, quæ purissima facta est in ipso partu immaculata? Verè ò beatissima Virgo, verè non habes causam, nec tibi opus est Purificatione hæc Bernardus.

Luc. 2. B. 5 Ad hæc Deipara Lucæ 2. per singulos annos à Nazareth cum filio in Ierusalem tenebatur solemnem Paschatis die se conferre sole-
ex lege Tē bat: & quidem non sine labore: cum ex-
plū adire. Brocardo in descriptione Terræ sanctæ,
Brocardo Ierusalem vigintiseptem leucis distet à
part. 1 in Nazareth. Atqui huic præcepto non mu-
descrip. Ie- lieres, sed viri tantum subiacebant: sicut
rusalem. nim docemur Exod. 23. & Deuteronom.
Exod. 23. 16. Tribus vicibus per annum apparebit o-
Deut. 16. mne masculinum tuum in conspectu Domi-
Luc. 2. ni. Sed quid de legis diuinæ observatio-
 ne dicimus? Cùm Cæsaris Augusti edi-
 ctum in vniuersi orbis descriptione præ-
 gnans illa quidem, quamuis absque ullo
 grauatine sibi minimè negligendū exi-
 stimarit, quin potius non sine longi-
 tineris labore 29. scilicet leucarum ex Bro-
 cardo ascendit cum Iosepho sponso à Na-
 zareth

zareth, in Bethlehem, ut iuxta Augusti e-
dictum profiteretur.

Hinc est, quod Virgo beatissima licet
apud filium pro nobis intercedendi par-
tes strenuè obeat; ad diuinæ tamen legis
accuratam custodiam, atque adeo, ut ab
omni præsertim lethali labe caueamus,
suo Exem: lo magnoperè nos prouocari
quia etiam ad hoc ipsum monitis, ne
suarum precum fructus culpa nostra im-
pediatur, vehementer hortatur: Cuius
specimen in Nuptijs Canæ Galileæ vide. *Ioan. 2.*
relicet, in quibus deficiente vino, illud
à filio procurauit. ministros tamen, ne
qua ratione eorum inobedientia perfi-
ciendo diuinitus miraculo impedimen-
to esset, sedulo admonuit illis verbis:
Quodcumque dixerit vobis, facite. quod
ipsum è Cælo nobis, pro quibus orat,
clamare non desistit, quo, scilicet, di-
uinæ gratiæ, quam nobis impetrat, non
desimus; id quod monebat Apostolus
Hebræorum duodecimo. Sic enim diui- *Hebr. 12.*
nam legem pro nostro virili parte exequi
studentes, ea, quæ pro nobis ipsa petit et
ficacius assequemur. Quocirca qui Virgi *Cur Virgo*
nis deuotionem in votis habent, summo *santissima*
studio enitantur ab omni peccato, præ *in suis de-*
sertim mortali, se abstinere, illudq; dili- *uotis pec-*
genter cauere: & præter exempla Virgi- *cata dete-*
nis *stetur.*

Cur non
minum
in par-
h: pur-
ns puri-
ere deli-
obser-
artu in
verè non
ficatio-
ngulos
usalem
e sole-
rum ex
ancta;
stet à
n mu-
e sic-
onom.
ebit o-
Domi-
uatio-
ti edi-
e præ-
e vlllo
lū exi-
ngiti-
x Bro-
o à Na-
zareth

nis sedulò imitanda, eiusdemque moni-
ta, quibus ad hoc nos hortatur, plurimù
subiectis rationib⁹ ad id permouebimur.
Primò, quia eius matris, cuius filium ho-
stiliter aliquis odio persequitur, imò &
vulneravit, & quantum est ex se adhuc
vulnerare non cessat, verè amicus dici
non potest. At de peccatoribus illud pro-
nunciat Apostolus Hebr. 6. *Rursum cru-
cifigentes sibi met ipsos filium Dei, & osten-
tui habentes.*

Hebr. 6.

Ergo qui Deiparæ studium, ac deu-
otionem proficitur, peccata diligenter ca-
ueat. Secundò, quia Virgo Dei honorem
vehementer appetit, ac propterea pecca-
tum omne, quod est Deo contrarium, ad
quod delendum Christus mortuus est, a-
uerfatur. Tertio, ipsa contritura prædicitur
caput serpentis, qui suum virus per
peccatum infundit: Quocirca ab ipsis
quoque venialibus, à quibus Virgo pu-
rissima tantoperè abhorret, pro virili no-
bis parte cauendum est. Quarto, quia
proportione quadã ipsa de ijs, qui se eius
studiosos profitentur, effert illud Psalm.
100. *Ambulans in via immaculata hic mi-
hi ministrabat.*

Genes. 3.

Psalm. 100.

Quòd si quispiam obiecerit, nonnul-
los magnis sceleribus obstrictos Deiparæ
deuotionem sectari, in eiusque hono-
rem

remicuaia, aliaque pietatis opera propenso animo præstare, quod multis exemplis, quæ c. 20. & 35. attulimus, confirmari potest.

Respondeo id quidem propter insignem Virginis benignitatem, qua etiam peccatores non dedignatur, verum esse: Cæterum ex hoc rectè inferri Deum optimum, qui omnes homines vult saluos fieri, hac ratione horum peccatorum misereri, eosque per Virginis intercessionem ad salutarem pœnitentiam trahere velle: id quod in iisdem exemplis cernere licet. At verò ne salus nostræ animæ in discrimen adducatur, studeamus quanto cyus à peccatis per pœnitentiæ Sacramentum mundari, nosque quales ipsa Virgo optat, exhibere, vt eius patrocinium, & propensissimam in nos voluntatem re ipsa experiamur.

SECUNDO DEIPARA IMITANDA in humilitate profundissima.

SECUNDO verò humilitas Virginis est sectanda, cuius ipsa in vniuersa vita, & in Cantico suo egregia nobis exempla imitanda reliquit, quamque in suis deuotis præcipuè requirit. De hac porro

N

Vir-

Luc. 1.

Bernard.

Virginis humilitate imitanda Bernardus homilia 1. super Missus est: *Imitare,* inquit, *humilitatem Virginis; si non potes virginitatem humilis; Laudabilis virtus virginitas sed magis necessaria humilitas: illa consolitur, ista precipitur: & si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit: unde constat, quia etiam ut placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit. & mox: Si igitur virginitatem in Maria non potes nisi mirari, stude humilitatem imitari, & sufficit tibi.*

Idem sermone signum magnum, agēs de Virginis humilitate: *Merito,* inquit, *facta est omnium Domina, qua se omnium exhibebat ancillam: obsecro vos filii, amulamini hanc virtutem, si Mariam diligitis, si contenditis ei placere, amulamini modestiam eius.* Ita Bernardus, & Ambrosius lib. 2. in Lucam expendens illud: *Ecce Ancilla Domini. Vide,* inquit, *humilitatem, vide deuotionem: Ancillam se dicit Domini qua Mater eligitur Nec repentino exaltata promisso est. & August. serm. 35. de Sāctis: Quid prodest hanc interpellare vocibus, nisi etiam humilitatis eius exempla teneamus.* & Ildephon. serm. 3. de Assumpt. *Fundata erat,* inquit, *De: Genitrix profunda humilitate, & dilatata in charitate, propterea hodie est tam sublimiter exaltata: sed quia*
celse-

Ambros.

Luc. 1.

August.

Ildephon.

relisus linem, & magnificentiam throni per-
 scrutari non possumus, saltē thesauros eius
 humilitatis interdum perscruemur, ut de-
 inceps eius interuenientibus meritis, ad glo-
 riam donorum pertingere valeamus: nam
 humilitas custos reliquarum virtutum est.
 haecenus ille. Et haec satis sint de humili-
 tate Virginis, reliqua enim, quae ad hanc
 Deiparae virtutem spectant, fusius perse-
 cuti sumus c. 12. & 21. vbi plures eiusdem
 actus expenduntur.

Illud tamen minimè omittendū, quod
 S. Bonauent. in spec. B. Virg. c. 8. cōtra eos **Bonauent.**
 qui de bonorum operum fecunditate su-
 perbiunt, pulchrè in beatiss. Virg. obser-
 uat: Legitur, inquit, in Genesi de ancilla Sa-
 ra, quod concepisset se videns, despexit Do-
 minam suam: Mala ergo ancilla Agar de
 foecunditate inflatur, bona verò ancilla Do-
 mini Maria de humilitate foecundatur: An-
 cilla illa superba Dominam despexit, ancillā
 illam humilem Dominus respexit, sicut ipsa
 humiliter recognoscēs dicit: Respexit humi-
 litatem ancilla suae. O anima Christiana,
 Domini ancilla, sic cum Maria amplectere
 foecunditatem, ut nequaquā deseras humi-
 litatem, ut ergo de boni operis foecunditate
 non infleris, sed magis de humilitate foecun-
 deris, attende humilem ancillam, respice
 humilem MARIAM. haec Bonauentura.

Genes. 16.
 De bonis
 operibus
 non super-
 biendum.

August.

Augustinus de symbolo ad Catechu-
 menos lib. 4. c. 5. cum ad virginitatē ser-
 uandam fideles hortaretur: *Gaudete, in-*
quit, Virgines sancta, ut propter Christum
non vos contristet sterilitas, quarum fides
magna est fecunditas. Nec doleatis non vos
esse matres, quae spiritu aliter generatis. &
mox: Imitamini fideles Mariam Caput
vestri. Quod tanta matri contulit, & in sua
carne seruauit, hoc etiam nobis donauit
Virgo Mater sancta, caro Christi ab omni
contagione libera. haec Augustinus.

TERTIO, DEIPARA
 imitanda in virginitate
 purissima.

TERTIO, virginitas in Deipara maxi-
 me clucet: de cuius virginitate ali-
 quid cap. 21. & copiosius egimus cap. 32.
 Haec virtus multis nominibus à Deipa-
 ra exigitur ab ijs, qui eiusdem colendae
 studio tenentur.

Damasc.

Ideo Damascenus oratione 2. de dor-
 mitione: *Virgo ipsa est, & Virginum amans:*

Sophron.

Pura est, & purorum amans. & Sophron.
 serm. de Assumpt. *Christus matrem Virgi-*
nem elegit, ut ipsa omnibus esset exemplum

Ambros.

castitatis. Ambrosius libr. 2. de virginitate:
Sit, nobis, inquit, tanquam in Imagine
descri-

descripta virginitas vitaq; Beata Maria, de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Propterea Chrystomus in sermone de beata Virgine: Quacunque, inquit, estis Virgines ad matrem Domini confugite: Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem patrociniis suis vobis conferuabit. Ideoque qui eius deuotionis se dedunt, castitatem purissimam animæ, & corporis præcipue colant: sic enim & ipsi, & eorum obsequia Virgini grata erunt. Legitur enim in speculo exemplorum dist. 9. & num. 26. de Iuene quodam impudico, cui cum Virginem frequentissime collaudaret in vasta quadam solitudine esurienti Virgo sanctissima in vasis turpibus, & immundis epulas obtulit delicatas: sed cum Iuuenis propter vasorum immunditiam comedere se posse negaret: Laudes (inquit Virgo) quas mihi offers, bonæ sunt: sed cor tuum immundum est; Ideo tuis laudibus non delector. Qua visione admonitus resipuit, vitamque meliorem instituit.

Chrysof.

Specul.
exempl.
Laudes
Virginis
à corde
mundo
gratiores.

QVARTO. DEIPARA
imitanda in eximio erga Chri-
stum amore.

8 QVARTO, quod in Virgine imi-
temur est amor eximius, quo
Christum filium est complexa; cum e-
nim non solum concepit, peperit, lacta-
uit, educauit, & cum in Templo amissi-
fit, sollicitè quæsitum inuenit. Sed etiam
in toto vitæ decursu nunquam deseruit,
ei que morienti in Cruce, cum suam ip-
sius animam doloris gladius pertransi-
uit, fortiter astitit, vt capite 8. 9. 10. & 11.
dictum est. Post filij verò Ascensionem
apud loca illa Christi memoria clara af-
fiduè versabatur, illaque crebrò, & deuo-
tè obibat.

Luc. 1. & 2

*Frequenter
loca Chri-
sti memo-
ria clara
inuisabat.*

Damasc.

Nam & in monte Sion, vbi præclaris-
sima nostræ salutis sunt celebrata myste-
ria, Virgo sanctissima hospitabatur, ibi-
que animam filio reddidit: sic enim scri-
bit Damascenus Ierm. 2. de dormit. Virg.
In diuina, inquit, & inclyta Ciuitate Da-
uidis, in qua lex quadam fuit impleta Pro-
phetarum, pronunciata autem fuit lex spi-
ritus, in qua typicū Pascha pergit Christus
leg. sator, & verū Pascha, qui Deus est ve-
teris & noui testamēti tradidit, in qua cœ-
nam

nam mysticam suis discipulis Agnus Dei, qui mundi tollit peccatum, celebravit, & eis se ipsum tanquam vitulum saginatum sacrificavit, & vera vinea botrum calcavit: in qua Christus aspicitur ab Apostolis surgens à mortuis, & fidem facit Thoma, & per eum finibus terra, quod sit Deus, & Dominus, duas in se ferens naturas, etiam postquam surrexit à mortuis. Hac est arx Ecclesiarum. Hac est habitaculum Apostolorum: in Hac sanctissimi Spiritus in varijs sonis & linguis, & in specie ignis effusus fuit adueniens Apostolis In hoc cum ille Theologus accepisset, Deiparam subministrabat ei, ex quibus opus habebat. Hac est mater Ecclesiarum, qua sunt per uniuersum orbem terra: in hac vitam egit Dei mater postquam filius surrexit à mortuis. In ea ergo B Virgo iacebat super aliquem felicissimum lectum. Haecenus Damascenus agens de loco dormitionis Deiparae. Eadem confirmat Andr. Cretensis orat. 1. de dormitione. Beda de locis sanctis c. 3. Metaphrastes oratione de vira, & dormitione. Cedrinus in Cōpendio, & Nicephorus lib. 2. hist. cap. 3. & cap. 21. licet ad aliquod tempus Deiparam cum Ioanne Euangelista Ephesum incoluisse affirmant Patres Concilij Ephesini in Epistola Synodica ad Clericorum Constantinopolitanum tom. 2. c. 26

And. Cre.

Beda.

Metaph.

Cedrin.

Nicephor.

Patres

Concilij

Ephesini.

Reuelat.
S. Brigit.
Ildephon.

Ceterum alia sacra loca inuisebat, quæ admodum lib. 6. reuelat. S. Brigittæ cap. 61. ipsamet idem S. Brigittæ reuelauit. Quod etiam testatur Ildephonfus serm. 5. de Assumpt. Virgo, inquit, sine dubio loca Dominica Natiuitatis, Passionis, sepultura, & Resurrectionis frequenter circumiens inuisere cupiebat, in iisdem locis lachrymas fundebat, & oscula imprimebat: deinde ad Apostolicum contubernium post intuitum. Dominicorū locorum cum gaudio remeabat: hæc Ildephonfus. Eadem de Virgine meditatatur Carthusianus lib. 4. de laudibus Virginis art. 1. Guarricus serm. 2. de Assumpt.

Carthuf.
Guarric.

Sophron.

9 Sophronius porro sermone de Assumptione: Puto, inquit, quod quis quid cordis est, quicquid mentis quicquid virtutis humana si totum adhibeas, non sufficiat, ut cogitare valeas quanto indefinenter cremabatur ardore p̄ amoris, quantis mouebatur repleta Spiritu S. celestium secretorum incitamentis; quia & si diligebat Christum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute: nouis tamen quotidie inflammabatur presentia absens desideriorum affectibus; tanto siquidem validius, quanto diuinis illustrabatur intus uisitationibus, quam totam replenerat Spiritus S. gratia, quam totam incanduerat diuinus amor,
ita

ita ut in ea nihil esset, mundanus quod violaret affectus, sed ardor continuus, & ebrietas per fusi amoris: nam & Christus ab omnibus est amandus ex toto corde, & ex tota anima, atq; ex tota virtute querendus; maxime tamen ab ea ardentius, cuius & Dominus erat, & filius. Fortassis ergo praenimio amore in loco, quo sepultus dicitur, interdum habitasse eam credimus, quatenus pijs pasceretur internus amor obtutibus. Sic namq; locus medius est hinc inde constitutus, ut adire posset ascensionis eius vestigia, & locum sepultura, ac resurrectionis, & omnia, in quibus passus est loca inuisere, non quia iam viventem quareret cum mortuis, sed ut suis consolaretur aspectibus. Hoc quippe habet impatiens amor, ut quae desiderat, semper inuenire se credat. & mox: Denique amor Christi desiderium pariebat: desiderium verò gliscens quasi novis reparabatur ardoribus, in tantum ut credam non nunquam quod omnia etiam, & semetipsum transcenderet, quia omnino amor impatiens, quod amat non potest non videre hucusq; Sophronius.

Sanctissimam praeterea Eucharistiam Quotidie quodiè sumebat: si enim hoc dereliquis Christianis iam inde ab ipsis nascē-
 Virgo rō-
 municatis Ecclesiae incunabulis testatur S. Lu-
 bat.
 cas in Actis Apostolorum cap. 2. quanto Act. 2.

magis de beatissima Virgine, quæ & di-
 uinarum rerum cognitione longè maio-
 ri pollebat, & Christi amore flagrabat
 ampliori, id existimandum est: Hunc i-
 gitur Deipa æ erga Christum amorem
 pro nostro modulo habere nitamur, sin-
 gula Christi præsertim morientis my-
 steria memoriæ nostræ meditatione re-
 præsentemus; sanctissimam Eucharis-
 tiam crebrò, ac deuotè sumamus, apud
 nos reputantes corpus illud esse ex pu-
 rissimis Virginis sanguinibus efforma-
 tum, qua de re cap. 8. dixi. sic enim Virgi-
 nem imitantes, rem ipsi præstabimus
 gratissimam, & verò nobis maximè salu-
 tarem. Reliquas Virginis virtutes vide
 apud Ambrosium lib. 2. de Virg. & apud
 alios: nos breuitatis studio has tantum
 innuere volumus, ex ijs, quæ cap. 21. re-
 censuimus.

Ambros.

**QVINTO DEIPARA IMI-
 tanda quod in ea religiosa vita
 exempla reluceant.**

*Maria
 paupertas,
 casti-
 tatis, &
 obedientia*

IO QVINTVM, quod in Deipara imi-
 tandum occurrit, est expressum
 quoddam & absolutissimum, quod in ea
 mirificè præfulsit, religiosæ vitæ exem-
 plar, & specimen: cum enim ordo quilibet

bet religionis ad perfectionem conse-
quendam institutus, tribus potissimum
Christi consiljs, Paupertate, Castitate,
& obedientia, ijsque voto confirmatis
contineatur: cumque Religiosi viri è mū-
di illecebris auulsi in suis se domicilijs,
claustrisque contineant; eam sanè viuen-
di viam Deo ductore Deipara iniuit, vt
& præclarissima posteritati eorum om-
nium exempla reliquerit: nec desit ijs,
qui religiosæ vitæ studio tenentur, quod
in sanctissima Virgine imitari abundè
possint.

Verùm, vt hoc magis perspicuum fiat;
Primum ostendamus oportet, hæc tria
Christi consilia, quæ ad perfectionem
pertinent, in vniuersum fuisse à Deipara
perfectissimè suscepta, votoque insuper
confirmata.

Deinde ad singula, præsertim ad eius
paupertatem (nam de duobus alijs alibi
fufius) descendamus.

Tum quicquid religiosam viram or-
nat, & instruit, in eâ cumulatè fuisse bre-
uiter perstringamus.

Et quod spectat ad primum, si Apo-
stolos, quos ore suo sacratissimo eru-
dire, & doctrina sua instituere dignatus
est Christus, tria religionis consilia

*votis Deo
consecrata*

*Pertinētia
ad statum
perfectiōis
Apostoli
vouerunt.*

substantialia illa quidem complexos esse, eaque voto nuncupato Deo obtulisse exploratissimum est; quanto magis de Deipara sanctitatis omnis, ac perfectionis Magistria idem affirmare possumus, ac debemus. De Apostolis id colligere facile licet ex verbis S. Petri, qui quidem omnium nomine sic ad Christum locutus est Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Omnia, inquit, perinde quasi diceret. ut aduertit Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum: Non modo bona, verum etiam uxores propter te dimisimus; & adiecit secuti sumus te; hoc est aditum præscriptum, atque obedientiam vitæ nostræ cursum dirigimus. Apostolos verò de his votum etiam nuncupasse auctor est August. lib. 17. de Ciuit. cap. 4. ubi docet Christum pro nobis egenum factum, erectum fuisse super omnes: *Vt sedeat, inquit, cum potentibus populi, hoc est, cum Apostolis, quibus ait: Sedebitis super duodecim sedes, & sedem gloria hereditatis dans eis: dixerant enim potentes illi. Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc votum potentissimi VOVERANT. sic August. & S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 4. ad 3. Apostoli, inquit, intelliguntur vouisse pertinencia ad perfectionis statum, quando Christum, relictis omnibus sunt secuti. Id autem**

Matth. 19.

Hieron.

August.

S. Thom.

autem tum multis confirmat Alvarus *Alvarus*
 Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesie c. 53. *Pelagius.*
 tum illa præsertim ratione, quod votum *Voti vin-*
 (ut ipse dicebat,) est consilium consilio *culū per-*
 rum, & forma, & perfectio eorum: quia *fectū sus.*
 quodcunque sit consilium, super quod ca-
 dat, id essentialiter perfectius reddit, &
 Deo acceptius. quod etiã docet S. Tho-
 mas 2. 2. q. 88. art. 6. ubi probat idem opus *S. Thom.*
 facere cum voto (vix verbis S. Thomæ)
 melius esse, ac magis meritorium, quam
 sine voto: sed Apostoli fuerunt in apice
 perfectionis, ergo in Christi consilij ser-
 uandis hac voti perfectione minimè ca-
 ruerunt.

II At ex his omnibus colligere facile *Consiliorū*
 possumus Deiparam, quam Spiritus S. *Christi*
 vinctio interius perfectissimè de omni- *observatio*
 bus docuit, quam Christus filius præ o- *in Virgine*
 mnibus singulariter erudiuit, atque inti- *inchoata.*
 ma tot annorum consuetudine sanctissi-
 mis imbuit Religionis studijs, cuiusmodi
 votorum perfectione cumulatam in pri-
 mis fuisse. Et quidem de virginitatis vo-
 to, quod auctore S. Thoma cum omnib.
 Patribus, ac Theologis, Deipara ante
 Christi incarnationem emisit, objicit si-
 bi idem S. Tho. 3. par. q. 28. art. 4. argum. *S. Thom.*
 2. Perfectionem consiliorum Christi de *Obiectioni*
 buisse inchoari à Christo, qui est finis le- *satisfit.*

gis: At huic obiectioni sic ipse respondet ad 2. Sicut, inquit, gratia plenitudo perfectè quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in Matre: ita etiam observatio consiliorum, qua per gratiam Dei fit, perfectè quidem incepit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in Virgine matre eius hæc S. Thomas: quæ sanè ratio non de virginitatis tantum, sed paupertatis etiam & obedientiæ voto, quæ ad perfectionem quoque spectant, concludit. Et profectò ipsamet Deipara Paupertatis votum nuncupasse se revelavit S. Brigitæ libro 1. eiusdem revelationum capit. 10. *A principio, inquit, voui in corde meo, si esset Deo acceptabile, observare virginitatem, NIHIL unquam possidere in mundo, sic ibi.*

S. Brigit.

De obedientia.
Cap 21.

II.
Quod verò ad eadè consiliorū opera in particulari spectat, Deipara obedientiā perfectissimè coluit, quæadmodum c. 21. vberius ostendimus, præsertim cum ad imperium sanctissimi Ioseph sponsi in Ægyptum discessit, indeq; remigravit, ex quo reliqua conijcias licet, quæ pertinet ad obedientiam, quā in Deipara eo maiori laude dignam prædicamus, quod ipsa sanctitate, ac sapientia sponso suo longè, multumque præcallebat.

De

De castitate vero, ac purissima virginitate, quam Deipara prima omnium voto edito obtulit Deo, fusè egimus tum cap. 32. tum etiam supra in hoc eodem capite.

De castitate.

Cap. 32.

12. Paupertatis deniq; , quam toto suæ vitæ tempore Deipara studiosissimè est amplexata, specimen nobis exhibuit præclarissimum. Quod ut exemplis demonstremus, pono primum, Deiparæ pauperatam nō ex necessaria rerum inopia, sed ex spontanea bonorum abdicatione profectam, ut Christo filio, qui

Voluntaria Deipara paupertas.

cum diues esset, pro nobis egenus factus est, magis conformaretur, quippe quæ parentum suorum vnica hæres fuit, qui ut c. 18. dicebamus, bona tribuebant in

2. Cor. 8.

Cap. 18.

partes tres, vnā templo, alteram peregrinis, & pauperibus, tertiam sibi reseruabant. Deinde hoc ipsum in lib. 1. reuelat S. Brigit. cap. 10. habetur, vbi Deipara breui compendio vitam suam eidem S. Brigittæ commemorans, inter alia hæc subiicit: *Omnia, quæ habere potui, dedi indigentibus, nihilq; nisi tenuem victū, & vestitū reseruavi. & mox illud quod modò citauimus: A principio vni in corde meo, nihil unquam possidere in mundo, & in lib. 7. earundem reuelat. cap. 25. Deipara ad S. Brigittam: De diuitijs, inquit, ego,*

S. Brigit.

& 10.

Et Ioseph nihil reseruauimus nobis, nisi necessaria uita ad honorem Dei, reliqua dimisimus propter honorem Dei sic ibi.

Maria assiduis manuum laboribus sibi victum comparabat.

Basil

Luc. 2.

Epiphan.
Presbyter
Constantinopol.

Ex hac Deiparæ uoluntaria paupertate factum est, ut suis ipsa manibus laboraret. quod S. Basilius in Constitutionibus monasticis c. 5. cum ageret de Christi uirtutibus, quæ per corpus exercentur, in Deipara obseruauit his uerbis: Christus prima sua ætate parentum suorum imperio subiectus fuit, & labores corporis omnes a quo una cum ipsis animo illis obediens tolerauit. Verisimile est enim cum homines illi essent, & iustitia, & pietatis cultores, tenues tamen, neque necessarijs ad uiuendum copijs satis instructi (quod ex Prasopio intelligi potest, in quo uenerabilis illi focus est factus) solitos eos in assiduis corporis laboribus uersari, & hac ratione quotidianum sibi victum queritare. Porro Iesus cum in his, ut diuina litera prædicat, esset subiectus sine dubio in perferendis etiam una cum ipsis laboribus morigerã declarabat suam obedientiam. hæc Basil. Et certè Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus in uita Deiparæ testatur, eam egregiè didicisse arte tractandi Lanam, Linum, Sericum: Erat inquit, docilis, & amans doctrinam, & non solum in sacris literis, sed etiam cum Lana, Lino, Serico, & Byssò laborabat: erat præterea

revera in sapientia, & intelligentia super omnes illius seculi adolescentulas cunctis admirationi, qua & verè consuevit ea, quorū usus in templo erat Sacerdotibus. sic ille.

Idem habet Anselmus in vita Virginis. *S. Anselm.*

Quare mirum non est, tunicam Christi inconfutilem desuper contextam per totum opus fuisse Dei Genitricis manibus elaboratum ex S. Antonino 4. part. tit. 15.

c. 43. §. 1. quemadmodum etiam Euthymius in cap. 27. Matth. ex traditione Patrum astruit, qua de re nos aliquid supra cap. 29.

Euthym.

13 Ex hac eadem paupertate factum

Cap. 29.

est, ut ascendens cum sponso in Bethleh-

Quanam

hem, unde originem trahebat: Eo quod

ratione

esset de domo, & familia David, filium e-

Maria

quam pauperi non esset locus in diuer-

paupertate

lorio. Ut in sua item Purificatione qua-

tem exer-

dragesimo à partu die par Turturum, aut

Luc. 2.

duos pullos Columbarū, pauperum ni-

Magis mu-

mirum oblationem daret: quāuis à Ma-

nera pau-

gis paucis ante diebus munera, Aurum,

peribus di-

Thus, & Myrrham, eorumq; non exiguā

sribuit.

partem dono acceperit. quod inde colli-

Matth.

gitur, quia Magos ea nō ex crumena, vel

Oblata à

referata arcula, sed apertis thesauris suis

Magis mu-

obtulisse refert Euangelista Matthæus.

nera pau-

peribus di-

sribuit.

Matth.

pro-

nifini
qua di
i.
uperta
s labo
ationi
e Chri
ercen
erbis:
suorum
poris o
obediē
omnes
res, te
endum
intel
us est
bori
um st
in his
es sine
sis la
dien
Pre
Dei
arcē
erat
non
ana,
pra
ereca

S. Antoninus.

Bernard.

*Bonaaven.
Cartus.
Abulensis*

*Maxima
paupertatis
Deiparae
perfe
ctio.
S. Anto-
ninus.
Matth. 5.*

propter mysteria, quæ in eis significabatur, minimè respuit, sed ea quanto citius pauperibus erogavit, quemadmodum S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 32. § 2. obseruat his verbis: *Aurum sibi oblatum à Magis non modicum, prout decebat eorum Regiam maiestatem, non sibi reseruauit in posterum, sed (ut dicebat deuotus Bernardus) pauperibus per Ioseph dispersis.* sic ille. Quod ipsum complures etiam pie existimant cum Bonauentura in Meditationibus vitæ Christi capit. 9. cum Carthusiano & Abulensi in capit. 2. Matth. quæst. 47. qui hanc esse communio sententiam testatur; quamuis & aliam addat expositionem, quæ voluntariam Virginis paupertatem magis confirmat, ait enim B. Virginem munera illa quantumuis copiosa à Magis oblata delibasse tantum, & ex singulis modicum quid accepisse.

14 Claudam hanc de Paupertate Deiparae disputationem ijs, quæ S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 24. nu. 1. in Virginis paupertate eleganter expendit; cum enim ostenderet Deiparam actus illos virtutum, qui octo beatitudinibus continentur, perfectissimè exercuisse: initium facit à paupertate, de qua Christus Matth. 5. *Beati pauperes spiritu,* quod (ut eius ferè

ver-

verbis uti) sic ostendit. Hæc beatitudo importat abdicationem rerum, quæ fuit in summo in B. Maria, & quidem magna est paupertas per rerum subiectionem. Maior per rerum abiectiõnem: maxima autem, quæ ex utrisque componitur, de qua Apostolus 2. Cor. 6. *Nihil habentes, & omnia possidentes*, 2. Cor. 6. Hoc autem non potuit esse nisi in B. Maria omnimodè, & perfectè, & propriè. omnes alij si res abiecerunt non retinuerunt, & si retinuerunt non abiecerunt: quia tantum procuratores, & fructuarij, & non Domini fuerunt. Beata autem Mater Dei Virgo existens, & Regina cœli ius, & dominiũ, & vsumfructum possessionis habebat in rebus filij sui. Vnde & benè poterit relinquere, & omnia possidere. Relinquere quantum ad vsumfructum; Possidere quantum ad proprietatem eius domini. & sic beatissima Virgo potuit habere altissimam paupertatem. Addit S. Antonius ex Alberto, paupertatis perfectione non attendi penes summum defectum rerum, sed penes deuotionem, voluntatem, & personę dignitatem: & ex eodem Alberto nouem numerat paupertatis gradus in rerum abiectiõne.

Primus est, dare superflua persona, prout persona sonat dignitatem aliquam.

S. Antonius.

Albertus.

Paupertatis gradus nouem.

Se-

Secundus dare superflua non solum persona, sed etiam natura.

Tertius, dare non solum superflua, sed etiam necessaria.

Quartus, omnia necessaria, & superflua simul dare, & semetipsum retinere, id est, non propter Deum, quod & Philosophi fecerunt, quemadmodum de Crate Philosopho notat

Crates

Philosoph.

Hieron.

Matth. 19

Hieronymus in Matth. 19.

Quintus, omnia dare, & semetipsum ad-
dere secundum illud Matth. 19. Si vis perfe-
ctus esse, vade & vende omnia, quae habes,
& da pauperibus, & sequere me, scilicet,

TE DANDO.

Sextus, omnia dare, semetipsum relin-
quere, & ultra hoc laborare manibus, ut
tribuat necessitatem patienti, ut fecit Pau-
lus; qui laborabat manibus suis, ut ipse di-
cit, ad Corinthios, ut sibi, & socijs subven-
niret.

1. Cor. 4.

Septimus, dare etiam semetipsum; & spi-
ritu, & corpore laborare, ut pascat proximum
spirituali cibo, qui gradus est melior prioris,
quia melius est reficere animum semper vi-
tiam quam corporis moriturum.

Gregor.

Albertus.

Octavum autem paupertatis gradum
ponit Albertus in beatissima Virgine perfe-
ctiorem ceteris, qui est relinquere omnia, &
seipsum, & de substantia corporis sui accipe-
re, &

re, & ad refectiōem animarum proximis dare. Hoc enim fecit sola beatissima Maria, qua de purissimis carnibus, & sanguinibus viaticum nobis confecit panem viuum, qui de caelo descendit, qui est verè vita, quem qui religiosè māducauerit, mortem non gustabit in aeternum. Hunc toti mundo mendico ipsa dedit.

Summi
paupertatis
gradus
à Maria,
ac Iesu
expleti.
Ioan. 6.

Nonus gradus perfectissimus est filij sui Iesu, qui est omnia dare corpus, & animam propriam, & diuinitatem habens unitam, proximis dare in cibum anima, sub specie tamen aliena, & hoc fuit opus summa misericordiae, & summum paupertatis Domini Iesu in vita. Haftenus ad verbum ex Alberro apud sanctum Antoninum loco citato.

III.

15 Quod si regularis vitae disciplinam penitus inspiciamus; cuius quidem professores propria domo, ac parentibus relictis à saeculi strepitu, intra regularia seclaustra subdixerunt, peculiare ibi Religiosorum virtutes studiosè colunt, diuinarum rerum contemplationi vacant, domo non progrediuntur, neque cum alijs habent nisi pietatis, vel charitatis ratione commercium: luculentissimum profectò horum omnium specimen singulariter reperiemus in Deipara. Etenim

B. Virgo
cum in tē-
plo degeret
in regula-
ris vita
disciplina
educata.

*Euodius
Antio-
chenus.
Niceph.*

*Cap. 8. &
32.*

Bonauent.

*Hieron.
Bonauen.*

*Deipara
virtutes.*

nim adhuc Trimula à charissimis auul-
sa parentibus, ab ijs in templo præsentata
Deo sese dicavit, ibique ex Euodio
Antiocheno post sanctum Petrum Epi-
scopo in Epistola, quam inscripsit Phos,
id est, lumen, apud Nicephorum libro 2.
cap. 3. in sanctis sanctorum traduxit an-
nos vndecim: nec inde discessit prius-
quam diuino Sacerdotes explorato ora-
culo, illam Ioseph eius virginitatis cu-
stodi, quemadmodum cap. 8. & 32. ple-
nius diximus, in sponsam tradidissent.
Hic in templo tota erat in rebus diuinis
ac spiritualibus. nam sanctus Bonauentura
in Meditationibus vitæ Christi cap.
3. illic eam pietatis studia coluisse pro
viribus, solitamque media nocte ad ora-
tionem surgere, ex quadam, quam affert
sanctæ Elisabethæ (vt ipse putat) reuelatione
confirmat. Idem quoque ex Hiero-
aymo, Bonauentura ea de re sic habet:
*Deipara à mane ad horam tertiam oratio-
nibus insistebat, à tertia ad nonam opere
textino se exercebat, à nona iterum ora-
bat, donec de manus Angeli cibum sumeret.*
sic ille.

16 Huc referri possunt Deiparæ virtu-
tes propemodū innumerabiles, religio-
sus illæ quidē perneccessariæ, quas in gra-
du heroico eam habuisse certū est. tales
sunt

sunt Humilitas, Pudor, Modestia, & pietas
 fertim Silentium; septies enim locata le-
 gitur in Euangelio, atq; ex his sæpius cū
 Deo, vel Angelo. Huc & reliquæ reuo-
 cantur virtutes, quas dedita opera omit-
 timus in præsentī, cum eas c. 21. vberius
 prosecuti simus. vbi verò ē templo in S.
 Ioseph sponsi domum commigravit, ibi
 se continens, non vanis nugis, vel alio-
 rum confabulationibus tempus conte-
 rebat, sed Deo, ac sibi viuebat, vt iure
 Ambros. lib. 2. Comment. in Lucam ex-
 pendens, eam solam Angelo Gabriele
 nuncium ferente repertam: *Discant, in-
 quit, mulieres propositū pudoris imitari, so-
 la in penetrabilibus quam nemo virorum vi-
 deret, solus Angelus reperiret, sola sine co-
 mite, sola sine teste* Ita Ambros. Neq; verò
 extra domum vagabatur, nisi sponso co-
 mitata, causa pietatis & officij, vt cum
 ad S. Ioan. Baptistæ sanctificationem in
 montana Iudææ abiit cum festinatione,
 Elisabeth cognatę ministratū: aut gra-
 tia obtēperandi edicto Augusti cū Beth-
 lehem proficiscitur: aut legis implendæ
 studio, tum cū templum audiuit, & legi
 purificationis se sponte subiecit: tum et-
 iam cū singulis annis templum inuisebat
 aut declinandæ Herodianæ persecutio-
 nis causa cum in Ægyptum perrexit.

Cap. 21.

Ambros.

Luc. 1.

Luc. 2.

Matth. 2.

Ho-

Ambros.

Horum porro complura egregie obseruauit Ambrosius lib. 2. de virginibus. ubi agens de Deipara: *Prodire, inquit, domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cum parentibus, & propinquis domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo tamen meliore sui custode, quam se ipsa. Et infra: Nec ad templum Maria sine pudoris sui custode processit. sic ille.*

*Religiosa
vita pro-
fessores pe-
culiari be-
neuoletia
cõplectitur
Deipara.*

Cap. 34.

& 35.

Bernard.

Quoniam verò religiosæ vitæ specimen egregie reluxit in Deipara, similitudo verò causa est amoris, hinc fit, ut ea religiones omnes singulari beneuoletia complectatur, ac peculiari protectione foueat, quemadmodum cap. 34. & 35. ostendimus. Quare Bernardus sermone de aqua in vinum mutata in Cana Galileæ cum suis agens cœnobitis, ostendit, Vinum gratiæ deuotionis, & feruoris charitatis à benignissima Dei Genitrice nobis impetrari: *Ipsa, inquit, si pulsata fuerit non deerit necessitati nostra, quoniam misericors est, & MATER MISERICORDIÆ. Placent illi nuptia nostra, (quibus scilicet anima Christo desponsatur in religione) & pertinent ad illam multo amplius illis, nimirum de cuius utero tanquam è thalamo suo cœlestis sponsus processit. sic Bernardus.*

Ioan. 2.

17 Huc etiam spectat celebre illud, de *Plurimi*
 quo mox dicemus, centum viginti vir- *religiosa*
 ginum Collegium, quæ Ierosolymis *vita insti-*
 Deipara superfluite moderatrice vitam *tata mo-*
 ducebant. Possem hic commemorare *nitus Dei-*
 multos, qui in Deiparæ sodalitijs nomen *para sunt*
 dederunt, & ad vitæ religiosæ institu- *complexi.*
 tum capessendum ab ea excitati, atque
 adiuti fuere, quos interdum visibiliter
 ad religionem suscipiendam est adhor-
 tata, submotis si quæ erant impedimen-
 tis. Et ut de alijs ordinibus taceam P. *P. Iacobus*
 Iacobū Ledesnam virum omni doctri- *Leaesma.*
 narum genere excultum ad Societatem
 Iesu in eundam sua præsentia, qua ei se *Ribade-*
 videndam obtulit, mirifice animavit, *neyra.*
 teste Petro Ribadeneyra in vita P. Lay *S. Stanisl.*
 nez libr. I. cap. 9. B. Stanislauum Kosska, *Kosbka.*
 ut cap. 35. diximus, ad Societatem no- *Cap. 35.*
 stram misit, P. Thomam Sancium; cu- *Thoma*
 ius præclarissima de Sacramento Ma- *Sancio,*
 timonij extat ingenij, ac doctrinæ *lingua im-*
 monumenta, auctore Petro Ribade- *pedimentū*
 neyra in Catalog. illustr. script. Socie- *à Deipara*
 tatis, cum impeditoris esset linguæ, *ablatam,*
 ac propterea nostræ Societatis ingressu *ut ad reli-*
 prohiberetur, eo liberauit impedimen- *gionem*
 to. Is enim cum Cordubæ in Templo *Societatis*
 Dei Genitricis, (cui à sancto fonte est *Iesus admit*
 nomen) multis lachrymis à Deipara ef- *ti passer.*

O

flagitaret,

flagitaret, ut amoto eiusmodi impedimento in Societatem posset admitti; negaretque domum se reuersurum, nisi eam exorasset; tandem voti compos ad Societatem nostram confestim aduolauit.

Ex ijs ergo, quæ diximus, perspicuum remanet eiusmodi religiosæ vitæ exempla, ac vestigia, quæ imitemur non mediocria posteris Deiparam reliquisset; eique religiosos omnes, quod tale vitæ institutum susceperint, esse gratissimos; atque hoc nomine peculiaris protectionis præsidia, atque ad iumenta ab ea polliceri sibi potissimum posse, ac merito debere.

*Virginum
collegium
Ierosoly-
mis substi-
tutione
Deipara.
Carthus.*

18 Ad vitæ quoque religiosæ exempla, quæ Deipara nobis imitanda reliquit, spectare videtur & illud, quod Dionysius Carthusianus in 1. sentent. distinctione decimasexta quæst. 2. scriptum reliquit de Virginum Collegio, quæ Ierosolymis sub peculiari Deiparæ institutione debebant. Is enim cum de sapientia, & scientia Deiparæ ageret, quibus dum adhuc inter mortales degeret, plurimos instruxit, de eadem hæc subiicit: *Quotidie quoque, seu tempore opportuno edocuit felicissimum illud Collegium*

Collegium centum viginti virginum, eius obsequio, atque regimini deputarum sic ille. Sanè hoc, quod Carthusianus absque vlla hæsitacione profert, primo aspectum hi visum est magis piè quàm solidè dictum; cum verò rem ipsam attentius animo versarem, rem admodum verisimilem existimaui: tria enim illa consilia Evangelica Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quibus religionis status constat, statim ac Spiritus sanctus in Apostolos, reliquosque discipulos in cœnaculo montis Sion congregatos descendit, in mores induci, atque exerceri cœperunt, quod perspicue apparet in Paupertate, seu spontanea bonorum abdicatione, quæ propter humanæ vitæ conuictum non exiguam secum affert difficultatem, & tamen, vt videre est in actis Apostolorum capit. 4. nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & infra: Quotquot, inquit, possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes asserebant pretiosa eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum; quod magna cum laude fecisse ibidem narratur S. Barnabas. hoc autem non ex S. Barna-

Post Ad-
uentum
Spiritus
sancti cul-
tus pau-
pertatis
castitatis,
obedientiæ
cœpit ex-
erceri.

Act. 4.

hoc Apost.

O 2

docet

- Bellarmin.** docet Bellarminus controers. 2. lib. 2. c. 5. siquidē S. Petrus Ananiae dixisse scribitur; *Anania*, inquit, *cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare Hieronymus epist. 8. de Anania, & Saphira: Ideo, inquit, condemnati, quia post votum obrulerunt quasi sua, & non eius, cui semel ea uouerant, partemque sibi iam aliena substantia reseruauerunt sic ille.*
- Actor. 5.** *demnati, quia post votum obrulerunt quasi sua, & non eius, cui semel ea uouerant, partemque sibi iam aliena substantia reseruauerunt sic ille.*
- Hieron.** *sua, & non eius, cui semel ea uouerant, partemque sibi iam aliena substantia reseruauerunt sic ille.*
- Rom. 8.** *uauerunt sic ille.*
- Apostoli religiosa vita instituta uouerant, ac ceteros edocebāt.** Nam & Apostoli ipsi, qui primitias spiritus habuerant, religiosum uitae institutum eis, qui perfectius uiuere uolebant, non solum instituerunt; sed etiam ipsi complexi sunt, & uoto se ad eam perfectionem obligarunt, ut docet Augustinus libr. 17. de Ciuitate Dei cap. 4. Id quod nos fusius supra hoc eodem capite ostendimus uerba Augustini sunt: *Dixerant Potentes isti. hoc est Apostoli: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc uotum potentissimi uouerant.* Et S. Thomas 2. 2. quaest. 88 art. 4. ad 3. *Apostoli, inquit, intelliguntur uouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relicto omnibus sunt secuti.* Idque Bellarminus loco citato **Cassianus.** ostendit, & Cassianus collat. 18. cap. 5. *Caerolis.*

Cænobitarum, inquit, disciplina à tempore Apostolica prædicationis sumpsit exordium. & libr. 2. cap. 5. Pauci, inquit, in primordijs fidei, sed probatissimi Monachorum nomina censebantur, qui Alexandria à B. Marco normam suscepit e vixedi, &c. Dionys. Dionysius verò Areopagita cap. 10. Eccl. Hierarch. Monachos Therapen- Therapen- tas, id est, cultores ab Apostolis appellatos testatur, & Philo, ut supra sect. 1. cultores ex Eusebio, Epiphano, & Hieronymo Philo. diximus, huiusmodi virorum, & mulierum Eusebius etiam Virginum religiosarum separatum à viris viventium habitacula, quæ Epiphan. vocat Monasteria, memorat plurima fuisse per vniuersum orbem, sed præcipue in Ægypto. & S Hieronymus de vitis illustribus in Philone ait: Talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi nituntur esse, & cupiunt. Rationem verò tantæ pietate feruoris, primitiua Ecclesia cernebatur Hieronymus epistol. 8. pulchrè Hieron. refert in Christi sanguinem, qui tunc recens fusus erat. In actis, inquit, Apostolorum, quando Domini nostri adhuc ca- lebat cruor, & feruebat recens in credentibus fides, vendebant omnes possessiones suas, &c.

19 Quæ cum ita fiat, consequens

O 3

etiam

*Virginitas
post elatū
à Deipara
vexillum
seruata.*

*Isaia 1.
Act. 21.*

1. Cor. 7.

S. Thecla.

*Ex Nyssen.
Epiphan.
August.*

etiam est, complures initio Ecclesie virginitatem Deo consecrare cœpisse, clato præsertim à Deipara, (cuius virginitas fidelibus omnibus probe erat cognita) eiusdem virginitatis vexillo, idq; Ierosolymis præcipue, vnde per vniuersum orbem pietas per Apostolorum prædicationem propaganda erat, iuxta illud Isa. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Hinc est quod Act. 21. legimus Philippi Diaconi quatuor filias virgines, & Prophetissas: alias quoque plurimas continentiam arripuisse existimare licet, quocirca Apostolus Paulus in 1. ad Corinth. c. 7. Christi consilium de castitate, & virginitate amplectenda promulgabat, & adeò efficaciter persuadebat, vt nihil vereretur hac occasione persecutionem in Christianos maioris Gentilium furore, ac rabie excitandam fore, quemadmodum in S. Thecla, de qua diximus tract. de Virg. cernere licet, quæ Iconij Thamiridi sponso nuncium remisit, auctore S. Paulo, vt testatur Nyssenus hom. 4. in Cant. & Epiphanius hæc. 78. imò ipse Faustus Manichæus apud Augustinum lib. 30. contra Faustum cap. 4. hoc S. Theclæ factum in Apostolū Paulum reijcit, eaq; de causa S. Thecla plurima subiit tormenta, in quibus

quibus Dei virtute victrix semp enasit.
 & Chrysoft. lib. aduersus vituperatores,
 vitæ monasticæ, cui cõsonat Metaphra-
 stes 29 Iunij refert S. Paulum à Nerone
 in vincula coniectum, ac tandem neci
 datum, quòd eius pellicem, quam de-
 peribat, ad fidem Christianam con-
 uertisset, ei que pudicitiam persua-
 sisset.

Chrysoft.

Metaphr.

S. Pauli

Apost.

martyriũ.

Quidni ergo dicemus Euangelicæ Virgines
 prædicationis initio Ierosolymis com-
 plures in vnum virgines, quæ Christi fi-
 dem susceperant, conuenisse; vt simul
 degerent; & Deiparam adhuc in terris
 superstitem, non tantum vt Dominam
 & Domini sui matrem, sed vt morum
 etiam Magistram, quæ eas informaret,
 ac dirigeret agnouisse? nam & Aposto-
 lorum, & Euangelistarum, fideliumque
 magistram eam fuisse cap. 19. diximus. Si
 enim cū adhuc puellula in templo edu-
 caretur, vt cap. 37. ostendimus, sollicita
 erat, ne qua puellarum ex eo contuber-
 nio Deum offenderet: quanto magis
 post Christi Ascensionem eam alias in-
 struxisse existimare debemus, præser-
 tim virgines, quas singulariter dilige-
 bat? quod satis præ se tulit cum ex vita
 migratura (teste Simeone Metaphra-
 ste oratione de vita, & dormitione
 O 4 Deiparæ)

Metaphr.

Niceph.

Deiparæ) duas tunicas, quas toto vitæ
tempore habuerat sui corporis tegu-
mentum, dari iussit duabus virginibus,
cui consentit Nicephorus libr. 15. cap.
24. quicquid dixisset libr. 2. cap. 21. ubi
viduas appellauerat, additque libr. 15.
vnam ex his vestibus à virginibus quasi
per manus traditam, ac custoditam,
tandem tempore Leonis Primi Impera-
toris, annum Domini circiter 500. in-
uentam, & constantinopolim transla-
tam, magnificentissimo extracto tem-
plo pie, ac religiosè asseruari.

20 Quòd si in veteri lege complures

Exod. 38. mulieres ad templum excubabant, vt

1. Reg. 2. aperte habetur Exod. 38. 1. Reg. 2. &

Luc 2. Luc. 2. Virgines quoque in templo edu-

2 Mach. 1. cabantur. quod ex 2. Machabeor. cap. 1.

Matth. 19. & ex Patribus cap. 8. ostendimus. quid

Exod. 15. prohibet in lege gratiæ, quando virgi-

nitatis consilium à Christo Matth. 19.

erat iam promulgatum, in vnum locum

virgines conuenisse sub Deiparæ ma-

gisterio? Quod non obscure olim

Exod. 15. præfiguratum videtur cum

Pharaone, & Ægyptijs in mari rubro

demersis Maria soror Moyse Virgo, &

Prophetissa tympanum in manu sua su-

mens mulieribus omnibus cum tympa-

nis, & choris post eam egressus præci-

nebat

nebat dicens : *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, &c.* ita & nunc post Christi Ascensionem dæmonum viribus in mari rubro Passionis Christi attritus, & extinctis virginibus in tympano, per quod Apocalip. 14. cor-
Apoc. 14.
 poris virginitatem adumbrari cap. 32. diximus, Deipara canticū nouum præcinat, & sua instructione alijs viam vetuti digito indicet.

Hinc est, quod S. Martha, quæ sub Deipara Ierosolymis vidit, ac didicit; postea, vt mox dicemus, instituit, & propagauit in Gallia. & S. Iphigenia, auctore S. Matthæo in Æthiopia in Monasterio plurimarum virginum mater extitit, quin etiam, quod magis admiratione est dignum, cum persecutionis æstus ferueret, huiusmodi Virginum Collegia extitisse, probatissimi Auctores testantur; vt videre est in ijs, quæ in tractatu de Virgin. differuimus, verbi gratia S. Basilissa virgo coniux S. Iuliani martyris virgines plurimas congregauit, de qua ibi fusius, & S. Ripsi mis virgo, & martyr in Monasterio sub Præfecta Gaiana degebat: & S. Febro-
S. Basilissa multarum virginum mater.
S. Ripsima virg. & martyr.
S. Febro- nis virg. & mart.
 nia virgo pariter, & martyr Sibapoli in Monasterio sub Præfecta Brienna.
 Quare S. Ignatius epistol. 5. ad Philipp. S. Ignat.

Saluto, inquit, congregationem virginum, quasi in communi vitam ducentium:

Baronius.

vt propterea Baronius tomo primo Anal. ad annum Christi 52. huiusmodi Virginum Collegia, seu congregationes dicit fuisse eo modo, quo apud nos monasteria. Idem quoque Ignatius indicat eas votum virginittatis nuncupasse: nam epistol. 9. ad Antiocheneses. Virgines agnoscant, cui se ipsas consecrarunt.

Carthus.

Maneat igitur dictum illud Carthusiani vero esse perquam simile.

* *

*

DE